

§76

Pauli Matthiae Wehneri I.C. & C.P.C.

Est autem Dicasterium Rotvvilense non vniuersale, vt Camera, sed certo circulo circumscriptum, in quo aulam Caesarem repraesentat: quare non simpliciter das Keyserlich Hoffgericht / sondern das Keyserlich Hoffgerichte zu Rotweil nuncupatur. Concessumque est hoc iudicium Rotvvilensi ciuitati ex singulari gratia & privilegio Contadi, propter si delem ipsi in defensione contra Lotharium, obsidione oppidum prementē, & postea nato Imperio aliquot bellis nauatam operam, vt ibi sedes dicasterii perpetuo esset, vt patet ex confirmatione privileg. Caroli IV. Anno 1361. Maximilianus I. 1495. & Maximilianus II. Rotweil. Hoffgerichtsordnung part. 2. tit. 5. princ. Officium Iudicis, Hoffrichter Ampt. Imperator: feudi titulo concessit Comitibus à Sulz / quod hucusque posterius retinent ac possident, d. Ordin. tit. 1. part. 1. princ. qui rursus Caesari praestat ea, quae vasallus Domino debet. Estque Dicasterium hoc solius Caesaris, & non etiam Imperii vniuersi. Sic enim inscriptio legitur: Der Röm. Keyf. Majestet Keyserliche Hoffgerichtsordnung zu Rotweil. Recessu Imp. Wormatiensi Anno 1521. des Keyfers Stuel. oder freier Stuel. & Reformat Maximil. part. 2. tit. 5. in princ. das Hoffgericht zu Rotweil vns als Röm. mischem Keyser ohne Mittel zuständig. Nec bltat, quod part. 1. tit. 1. das Hoffgericht vnn Hoffrichter Ampt zu Rotweil von vns (ait Imp.) vnn dem Heiligen Reich zu Lehen rührt: quia nihilominus Caesari solus est Dicasterium, & non Maximilianus aut vniuersi Imperii, adeo, quod soli Caesari debeantur seruitia feudalia à Comitibus Sulzensibus: & solus

Caesar ordinem ac formam iudicii constituat, part. 2. tit. 1. §. vnn nach dem verfic. vnn nach Gelegenheit. & part. 3. tit. f. §. f. & iudicem confirmet. Huius dicasterii assessores olim nobiles: postea 13. ex Senatu Rotvvilano, pro eorum arbitrio creabantur. hodie vero ex noua reformatione illi quidem ex d. Senatu leguntur, absque tamen iudicis & reliquorum Assessorum examine nec recipi, nec remoueri debent, tit. 1. §. f. Similiter ac visitatio & correctio excessuum personarum iudicialium soli Imperatori competit, part. 3. tit. 20. Licet enim Anno 1532. in Recessu Ratisbon. Rotweilisch Bericht betreffend / Reformatio dicti Dicasterii Iudici & Assessoribus Rotvvilensibus mandata, visitatoribus Camerae iniungatur: illud tamen non communi consensu, sed rogatu ordinum, vt ex singulari mandato Imperatoris factum est, quod patet ex verbis: Haben vns Churfürsten vnn Stände vnterthänigst. gebetten / ic. & welchen Visitatorn wir hiermit gnugsamen Gewalt geben Idemque probat Recessus Spirens. Anno 1570: §. vnn nach dem. vbi de visitatione Dicasterii Rotvvilensis nihil decernitur, communi suffragatione, sed Caesar per Commissarios suos certo tempore illud inspecturum promittit. Sic & Iurisdictio huius iudicii est de reseruariis Caesaris, part. 3. tit. f. §. f. Iuris autem reddendi potestas ex d. Reformatione liquet, eaque non contentiosam tantum, sed & voluntariæ iurisdictionis actus continet, verbi gratia, tutorum, curatorumve dationes, & confirmationes, renunciationes, pacta dotalia, donationes propter nuptias, cessiones, testamenta, emptiones, venditiones